



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Christophorvs M. 25. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

362 VITÆ S A N C T O R V M . 25.Iulij.

Subdola enim inter sarcinulas castissimi aureum craterem condit , & abeuntem de furto accusat. Damnatur ducitur , & in crucem tollitur ; sed non moritur innocentia. Dum enim mœsti parentes iter relegunt , dum ægræ & pedes trahunt & animas se ne stutis scipione filio amitto , dum frui illos vel pendentis aspectu juvat , ecce ab infelici arbore filius : Quid lacrymis vivo parentas mater ? vivo Dicitur MATRE & IACOBO succollantibus : i , Iudici dic , ne damnare perget , quem mors absolvit. Vix haec ille ad matrem , cum mater hoc ad Iudicem mente accumbentem. Hic ; tam scilicet filius tuus vivit , quām assū hic cum gallinā suā gallus , qui laetus unūtusque sepulchrum stomachum expectat. Iam carpere parabat , cūm gallus & gallina in vitam se erigunt , innocentie victoriais applaudunt , gallus etiam Pæna carit. Ergo damnat se ipsum lumen , & innocentem missum facit , volucrum vero proles posthumā etiam hodie plumas suas cum laubibus IACOBI in omnem orbem spargunt , numquam omnes licet tot quoti 'ie vellicent , evellendas. Ex L. Marineo l. 5. de reb. Hisp. c. ult.

Quid dulius quid in corde dulcissimus quid in terra quietius est , & securius bona conscientia damnorum non metuit , non verborum contumelias , non corporis cruciatus , quin & ipsa morte magis erigitur quām deprimitur. S. Bern. l. de Cosid.

S. C H R I S T O P H O R V S M. 25.Iulij.

C H R I S T O P H O R V S , sive corporis sive animi spectes robur , semper magnus , nomen hoc suum reportasse tunc creditur , cūm CHRISTY sub pueri vultu per aquas transportavit , non ma-

gui  
per  
fuis  
sti  
ad  
conf  
picta  
stru  
impe  
us n  
cui e  
tem  
me f  
vite  
tum  
noxi  
sui o  
CHR  
vices  
batu  
ire pe

B  
dece  
rege  
illa  
prepa  
tific.

F  
tra ha  
quod  
festu

gui laboris maximum naulum. Certè CHRISTVM per Lyciam circumtulit, cùm, ut auctor S. Ambrosius est, hominum millia IV. supra XL. ferre CHRISTI jugum docuit. Virgam manui familiarem cùm ad concionem dicturus aliquando humi defixisset, confessim frondere vidit, & miraculo etiamnum pictores faverent. Sed & ad tribunalia tulit CHRISTVM. Captus enim & in vincula conjectus, Decio imperante, immisgas ad se geminas & perfictæ frontis mulierculas à Venere ad CHRISTVM perduxit, cui etiam sanguine suo mox littarunt. Ipse candenter ab igne gileam indutus & in ferreum, cui flamme suberant, lectum abjectus dormire scilicet suaviter in his tormentis visus est. Inde jaculis militum sterit expositus, ingens meta, sed prorsus innoxia. Quidquid aiunt sagittam reversam dominum sui oculo perniciem attulisse, & medicinam eidem CHRISTOPHORI sanguinem fuisse, qui tandem certes gladio fortiter dedit, quod unum restare videbatur, ut humilem celi portam tam magnus subire posset. Ex Sur. & Lippel.

Beata anima, qua thalamum suum diligenter ac decenter adornat, ut cum digno ac placito Christum regem honore suscipiat. O anima, considera, qua sit illa Majestas suscipienda: cogita quâ curâ te illi preparare locum oporteat. Guerricus serm. 3. de Pacific.

S. GLODESINDIS V. 25. Iulij.

Fulstra estis DEI rivales homines. Nemo Christo Sponsam suam eripiet, quando contra haec pugnat, & propugnat ille pugnantem, id quod GLODESINDIS virgo jam olim fecit manifestum. Natam in principe familiâ domum ducebatur

Q<sup>2</sup>

bat